



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurrentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**  
**Coloniae Agr., 1684**

Ad Quæst. 34. Additio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

- 17 dicitur deponentibus super actibus jurisdictionalibus, & qui se magis informatos ostendunt ex rationibus scientiæ ab eis adductis; ac demum pro assistentia juris, & secundum jus commune deponunt, quibus in concursu magis credendum & standum est. *Ioan. Andree in cap. auditis num. 3. de prescript. Rota dec. 9. num. 8. par. 2. divers. & decif. 324. num. 13. par. 1. recent. decif. 100. numer. 4. & 239. numer. 2. coram san. mem. Gregor. XV.*
- 18 Ex quibus omnibus patet de iniustitia rei iudicata, quæ sufficit pro obtinenda restitutione in integrum. *Cas. de Grass. decif. 10. num. 11. de re iudic. Seraph. decif. 251. num. 2. & decif. 581. num. 1. par. 2. recent.*

Et ita conclusum &c.

Ad Quæst. 34. Additio.

**D**E dismembratione Ecclesiarum & præcipuè parochialium hoc loco multa adduci possent; sed ne brevitatis terminos excedam sufficiat remississe lectorem ad *Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 28. Barbof. de potest. Episc. par. 3. alleg. 68. & in Collect. ad Concil. sess. 21. cap. 4. & de causis factæ dismembrationis vid. Rot. decif. 484. par. 1. recent. decif. 204. par. 17. & coram Martino Andree decif. 99. ubi etiam notatur, non requiri præcisè consensum Rectoris Ecclesiæ, sed tantum illius citationem, dum de iustitia causæ cognoscitur, quæ si sufficienter appareat, dismembratio etiam inuito Rectore fieri poterit, ut aperte disponitur in Concilio Trident. d. cap. 4. sess. 24. de reform. vid. *Lap. alleg. 66. num. 3. & istam facultatem dismembrandi non valque parochias erigendi competere Episcopis etiam in parochiis Regularium & exemptorum, auctoritate delegata à Concilio, declaratum fuit ut refert Fagnan. in cap. ad audientiam, num. 43. & 44. de Eccles. adif.**



D E